

1455. ^{Łowiczka Łowicki nadany przez na tym gość porz. Wład. III Mał. Jay}
^{uwaga: ich podany od wrażliwych i wrażliwych}
^{wyjechał i to, co podał.}
In Nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Kazimirus DEI Gratia Rex Poloniae. Necnon Cracoviae
Sandomiriae Siradii Lanciarii Cujavie Magnus Dux Lithuaniae Rusiae Prussiae Necnon
Culmencie Königsbergensis Abingeniis et Comerapie Terrarum Heres et Dominus.
etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris
presentium notitiam habituris Quomodo volentes diem eterni Iudicii pietatis o-
peribus prevenire et predecessorum nostrorum, quos promovet devotio, Ecclesiarum de-
fectibus subvenire ac gesta eorum imitari, pro quorum hac oblatione in futurum spe-
ramus multiplicem contributiones praemiorum adipisci. Ad petitiones igitur Venera-
bilis ac Religiosi Patris Michaelis Abbatis Monasterii S. Crucis Calvi Montis Ordinis
S. Benedicti devoti nobis dilecti quibus Nobis pro parte totius Conventus supplicavit
humiliter, Quibus Privilegium super quibusdam libertatibus dicti Monasterii per Se-
renissimum Principem Dominum Vladislavum Regem Poloniae et Germaniarum
nostrum carissimum concessum, ratificatum et confirmatum, approbare, innovare
ratificare et approbare dignaremur. Cuius quidem Privilegii tenor de Verbo ad Ver-
bum sequitur in hunc modum. In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam. Cum talis humanae naturae Conditio, nihil de se huius caducis fasti-
gii penitus creditur huic deferre post discessum, nisi quod pias operibus illud vide-
bitur praemississe. Nostra igitur humanitas, quae lucem magnificentiae videtur ex-
quirere et interdum personis animum necessariis amore clementiae sua desideria
largiatur, quanto gratiori intuitu ad ministros, quos ad Fidei Catholicae Faltus
sui propagationem ineffabilis Divina Providentia deputavit altitudo, ac Sacra-
rum adium immunitates, et profectum vota sua dirigere debet, et conferre,
ubi quicquid tribuitur donantis utilitas multiplicato fructu huius in eterna
mansione augeatur. Proinde Nos Vladislavus Tertius DEI Gratia Rex Po-
loniae Necnon Terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradii, Lanciarii Cujavie,
Lithuaniae Princeps Supremus, Comeraniae, Prussiae Dominus et Heres et
Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et fu-
turis harum notitiam habituris, Quomodo ad Nostrae Majestatis accedens pre-
sentium Venerabilis Pater Mathias Abbas Monasterii S. Crucis Calvi Men-
tis Ordinis Sancti Benedicti devotus noster dilectus, sua Conventusque sui
prece porrecta, quandam litterarum seu Privilegium pargamineam Sigillo Ma-
jestatis Sigillatam Divinae Memoriae Serenissimi Principis Domini Vla-
dislai olim Regis Poloniae Reggenitoris nostri Carissimi omni prorsus vitio
et suspitione carentem, de et super omnium bonorum et villarum Castrorum
et Conventus praedictorum libertatione et exemptione ab Creutionibus Solutio-
nibus Contributionibus, Tributis, Collectis, a Sep. Narrat, poradine, vulgariter
Polowstwo, velturis, ducturis, podvodis, agrorum pratorum, messorum pon-
tium laboribus et ab omnibus angariis, predangariis et molestis omnium
Regni Poloniae Palatinorum Castellanonum Capitaneorum Iudicum,
Subjudicum et quorumvis Officialium et Ministeralium eorundem
monstravit et ostendit humiliter supplicante. Quatenus tibi ex innata
nobis Regiae Benignitatis Clementia eandem litteram seu Privilegium in
omnibus ratificare, approbare, innovare et Confirmare dignaremur. U-
jus quidem Litterae seu Privilegii tenor de Verbo ad Verbum huius ve-
lumus habere proximata. Nos vero eorundem Abbatis et Conventus
precibus tanquam justis et rationi conioris benigniter acclimati pro-
fata ipsorum litteram seu Privilegium in omnibus suis punctionis po-
sitionibus, Conditumibus, Articulis, et Clausulis, in ea contentis universis, ra-
tam habentes atque gratam ex certa nostra Scientia Baronumque Nostrorum
mature Consilio, Ratificamus, Innovamus, gratificamus, approbamus et pro-

et presentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes ipsam vobis perpetua firmitatis obtinere, hanc quibus Sigillum nostrae Majestatis est apponendum testimonio literarum. Actum Imperiali mense Generali Cracovienis Feria Tertia infra Octavas Epiphaniae Domini. Anno Domini ejusdem 1440 presentibus ibidem Reverendo in Xpo Patre Domino Ligneo Episcopo Cracovia Magnificisq. Avenis Nobilibus Joanne de Cystow Castellano Cracovienis, Joanne de Thancm Cracovien, Sandivogio de Ostroog Polanien, Dobeslao de Olsthnica Sandomirien, Jurando de Saabie Pradien, Alberti de Male Lancicien Joanne de Lichin Bresten, Boguslao de Opparon Junioris dielavien, Petro Odrowath de Sprowa Leopoliens, et Hergellione Linnden, Rodolus Palatinis, Dobrogostis de Schamotull Romanien, Clemente de Prelele Sandomirien, Laurentio de Taramba Pradien, Marthio de Petro Lublins, Lophaulo de Tarnow Woyniens, Petro de Gaiow Sandecens, et Gieslao de Kurotwalis Wislicien Castellanis. et aliis quam plurimis Baronibus, Militibus, et Nobilibus testibus ad praemissa datu per Manus Magnificorum et Nobilibus testibus ad praemissa datu Joannis de Conieypole Cancellarii et Petri Swoda de Kretowicz Vicecancellarii Regni Poloniae sincere Nobis dilectorum. Ad Relationem Magnifici Joannis de Cystow Castellani Cracovienis. Nos vero petitionibus ejusdem tanquam iustis et rationis rationis benigne auctoritate prefatam literam seu Privilegium in omnibus suis punctis Capitulis Articulis Conditionibus liberalibus et exemptionibus in ea contentis ratam habentes atq. gratam et certa nostra scientia ratificamus, innovamus, confirmamus, approbamus et tenore presentium roboramus, decernentes ipsam vobis obtinere perpetua firmitatis. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum praescriptis est subappensum. Actum in Radom feria Tertia Rogationum Anno Domini 1455. Praesentibus ibidem Avenis Generosis et Nobilibus Joanne Turdo de Radchanowille Trevisore Regni, Joanne Curopathwa de Kactuchow seu Cameraio Lublins et Capitaneo Chetnens, Nicolao de Haimetow Tribuno Cracovien, Nicolao Seraphin Radifer Cracovien et Suppans utriusq. Salis. et aliis quam plurimis fide dignis testibus ad praemissa datu per manus Venerabilis Thomae de Arampno Magistri in Theologia Decretorum Doctoris Regni Poloniae Vicecancellarii sincere motis dilecti.

Ad Relationem ejusdem Venerabilis Thomae de Arampno Magistri in Theologia Decretorum Doctoris et Regni Poloniae Vicecancellarii.

Nos Joannes Albertus Rex Poloniae et haec literam confirmamus, ratificamusq. Manu propria in omnibus Clausulis et punctis prout superius scripta continentur a nobis et posteris nostris perpetuo servanda. Datum ipso die Nativitatis Beatae Virginis in loco Calix Montis Anno Domini 1494.